

qui merentur omni inueniet
illum. Cui timet deum eque
habebit amicitiam bonam: quoniam se-
cundum illum erit amicus illius.

Fili a iuuentute tua extipe doc-
trinam: et usque ad canos inue-
nies sapientiam. Quasi is qui a-
rat et seminat accede ad illam:
et sustine bonos fructus illius.

In ope enim ipsius exiguum labo-
rabis: et cito edes de generatio-
nibus illius. Quam aspera est

numquam sapientia indoctis homi-
nibus: et non permanebit in illa

Textors. Quasi lapidis uirtus
probatio erit in illis: et non demo-
strabuntur picere illam. Sapia-
enim doctrine secundum nomen est eius:
et non nullus est manifesta. Qui-
bus autem agnita est: permanet

usque ad conspectum dei. **A**udi fi-
li et accipe consilium intellectus:
et ne abicias consilium meum.

Inice pedem tuum in conpetes illius:
et in torques illius tuum collum.

Subice humerum tuum et porta
illam: et ne accipieris a iuncu-
lis eius. In omni animo tuo ac-
cede ad illam: et in omni uirtute

tua serua uias eius. Inuestiga
illam et manifestabitur tibi: et

continens se ne derelinquas
eam.

H

AP

A7

II / 130

C

E

Augusti
GYMNASII GORLICENSIS

PALÆSTRA
ORATORIO - POETICA,

h. e.

EXERCITIA ORATORIA
ET POETICA,

publicè,

aut in Perorantium Cathedra,
aut aliquò pegmate Scholastico,

Florentissima Juventute Scholastica
Gymnasij Gorlic

intra ... comite Sexennium,

Doctrina Scholastica

Auditoribus

PRAE

CHRISTIA

GYMNAS

ex pi

ex



1725

GUNTHER AN GORLITZEN

PALASTIA

ORATORIO POTICA

EXERCITIA ORATORIA

ET POTICA

[Faint, illegible handwritten text]

No. I. A
 felle
 Com
 fms
 Anm

No. II. C
 P
 de
 hie
 ex

No. III. p
 le
 Ji
 Jan

No. IV. ad
 De
 16

No. V. A
 4
 Pa

No. VI. de
 A
 Lo
 ca

No. VII. f
 T

No. VIII. 11
 lebet von
 selffe von dillbe
 ex fardinand
 und vordet. 80
 die aloufite an
 in ba dide von Ja
 inga nefe die n
 rade sed nre nif

PUBLICA

Gymnasii GORLICI.

PIETAS

exhibita

ACADEMIAE INSULAE
REPUBLICAE GORLICI
ORDINI

in

EXAMINE VERBI.

ANNO MDCCCLXXII.

d. XX Apr.

PRÆSTITE

CHRISTIANO FUNCCIO

Gymnasii Rectore.

CHRISTIANUS
Johann Christianus
1721

784

Ad
COMMISSIONUM
INCLUTÆ REIPUBLICÆ GORL.
ORDINEM
SALUTATORIA.

Nisiades Musa! quæ tanto iubila plausu
Fuditis? ex promptâ quæ fertis gaudia mente?
Murmure, cur dulci sunt hæc subfletia plena?
Cur flor tot juvenum vernans velut laymine facto
Undiq; concubrit, patulâ stans aure paratus?
Scilicet illa dies illuxit ab æthere flaustra,
Illuxit præclara dies Examinis, ipsa
Digna coloratis signari in secula gemmis.
Illuxit prædicta dies, quam floribus hora
Scribent, et fasti memores in secula mittent.
Hæc venere Patres supremo ex Ordine Patrum,
Quos nostrum Nutritores illustre Lycæum
Agrosæit cum laude suos, veneratur, adorat:
Hos Patrum venit, Patres venere rogati,
Ut studia ac mores librent, pariter videantq;
Quid nostri valeant humeri, quid ferre recusent.
O saluete Viri, quos rerum summa potestas
In tam constituit sublimi culmine rerum!
Lumina Gorlicæ nec non saluete columnæ!
O et Præsidium nostrum saluete Decurq;
Quod si fas mihi, si Phœbea in carmine vires
Esent, si Clarias faciles sperare sorores

Possem, conares laudes aptare colubino.
Verum materiam sumant, quibus ore disertis
Indulserit loqui doctum ac sublime Camoenae;
Laudes hi celebrent, inscribant nomina Cedro.
Iffe super sedes tanto me tollere fastu:
Sic me devoto conceptum pectore volum
Sufficiat in praesens: Et tanta vos ite per annos
Alacros Pythiosq; ^{Patres,} simul, semperq; recenti
Nos facite vegetos viridesq; operante nobis,
Haut secus ac pelago Phoebus novus exit ab alto
Mare, vel Coa reparabilis ales arista
Se revocat, cunarg; suas propriumq; Sepulcrum
Pulchrior ante fores Hyperionis ade reponit!

Cecidit

Christian Mollat.

SALUTATORIA II.

ad
Eundem Ampliss. Ord.

785

Antiqua illa Roma, Viri Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi, Prudentissimi, Troni & Meconates ad aram usq. edendi, antiqua, inq. Roma, Martia adhuc i.e. utilis, & vel sic tamen hodiernâ propemodum melior, prior certe, nos docuit, ut tima & faustissima qualibet apprecaturi, obvios quosq. aut negotii alicujus expediendi gratiâ congressos salvere jubeamus. Sic enim fidelissimi Antiquitatem manatum Hamaxarii memoria produunt: quod Romani, præpotentissimi olim gentem terrarumq. Domini, obviam sibi metuò facti, aut, rem aliquam pertractaturi, negesi, plurimâ salute sese invicem impertiti fuerint, atq. alter alterum amice honorificè compellârit: quia videl. non humanitatis tantum hoc esse crederent; verum futurum etiam sermonis aut negotii omen ex mutuâ salutatione caperent. Evidgo, Auditores? Numne miramini, ne item sereno hoc mane ad verba facienda surrexisse? Ob nolite mirari! Ego quippe & ipse præter priorem illum Salutatorem usq. & auctoritate Excellentissimi Domini Rectoris totiusq. Scholastici Coetus nomine surrexi: ut, piam Romanorum Veterum consuetudinem solutâ oratione imitaturis, Vos, Conscriptos Reipubl. hujus Patres, submisso corporis uestu devotog mentis affectu salutarem. & quidni hoc facerem? Ecce enim flagitat idipsum honor, quem ut presentibz Dominis Patribz, ita universo præprimis Ordini Amplissimo debemus: quippe cujus felicissime Reipubl. hanc administrantis curâ ac providentiâ Augustum nostrum Gymnasium intra summum se continet vigorem. Maximo profecto omni jure honor habendz illis, qui ad Reipubl. clavum sedent; qui perpetuis maximorum operum actionibz occupati, noctes omnes diesq. perpeti sollicitudine pro omnium salute transigunt, atq. obliti quodammodo sui subditis vivunt. Nempe quemadmodum æternum Dei Numen, propter immensam bonitatem suam, è quâ successus nostri manant, & quasi flumina à capite suo ac fonte feruntur supplices veneramus ac colimus: ita & Vicarios ipsius & Legatos, Magistratus puto, ob summa illorum & nullius unquam voce satis deprecanda beneficia, quæ in nos uberimè cottidiè conferunt, merito honoramus: præprimis, si largissimi sint Nativæ Ecclesiarum ac Scholarum. Quisquis enim, ut in seculari est Regimine, Principem honorandum esse fatetur, & Vicarium ejus s. Legatum, qui imago atq. umbra, imò viva Principis effigies honore indignum judicat, illum non in

Stulis sed caulis natum atq; educatum esse certum est. Esto igitur, quod Romani plurimas frequentationis salutationis suae causas habuerint; nobis tamen alia in promptu sunt quibus impulsus Coetus scholasticus Vos optimos Patres Patriae per me vult saluari. Mores, mores nos ut honor Amplissimo Ordini debitis, ita & Amor, quo universos ac singulos Patres Conscriptos prosequimur. Amorem, puto, quem immensus Nobilissimi Senatus erga Docentes aequè ac Discipulos amor inflammavit, favor in hunc usq; diem conservavit. Amor enim amorem parit: & nisi ille ad reciprocum affectum, nos provocaret, ingratis omni omnium bipedum essemus. O si verò posteaquam in hunc descendis locum, dea desubito mihi divino munere Eloquentia daretur, quae non partem saltem vestra, P. C. laudis sed omnes ejus numeros impleret; simulq; & suavitate alliceret, & subtilitate suaderet, & gravitate, instar profunda grandinis ruens, percelleret. O si omni orationis genere, omni facundiae habitu indutus publice vobis agere gratias & immortalia beneficia vestra, quibus Musas nostras cumulatis, sic inculcare seculo nostro, sic commendare posteris possem, ut eorum memoria contra omnem obtractatorum invidiam, ne attereret; contra profunditatem temporum, ne sorberet; contra ruinam casuum, ne solveret ac deleret, invicta perduraret. Interest enim, interest plurimum illam in laudibus hominum, in fama rerum, in perpetuitate aetatum manere, eandemq; omnibus exemplo Magistratibus esse, ut sciant, & quid honoris literis, & quid indulgentiae literatis debeant: ne his oppressis calcatisq; & illa intereant, atq; secum una humani generis trahant exitium. Certè, si natura rerum permitteret, ut fundamentis aeternis quae sita sunt altissime, aut invictis strueta operibus fixa penitus sedent, se commovere & agere possent, non nos tantum spirantia Augusti hujus Gymnasii & animata membra, haec ante Vos Viri optimi, consisteremus; sed exedra omnes & acroteria huc ultro venirent, & de pulcherrimis maximisq; beneficiis vestris loquerentur. O Amorem, more, ore, re perfectissimum! O Affectum nullo unquam tempore satis deprecandum! Sed quid Musa interim nostra Nisiaca, dum ipsis plenissimum tonus hac Amplissimi Ordinis favorem licuit experiri? Sanctissime illa pollicentur se omni observantia ac reverentiae genere, qualibet data occasione, hanc tantam indulgentiam exspecturas, ipsaq; tot beneficia populo Minerva inscripturas esse. Ipsa namq; usque res! Salverunt & lapsu temporum jam olim didicere, honorem, amorem, reverentiam ac observantiam certissima ultionis aequè ac uberioris amoris, favoris ac indulgentiae in

amplissimo Patrum Ordine incitamenta esse. Didicerunt, non aliam efficaciorē esse rati-
 onem invitandi ad maiorem beneficentiam Patronos suos, quam si pro iisdem, quae hūc
 beneficia accepimus, fuerimus grati. O si autem voluntati nostrae responderet facultas!
 si ius potestasque nobis foret fervorem amoris nostri & aestum laudiflūo quodam oratio-
 nis torrente restinguendi? Acerrimum interim inter Cives Gymnasii huius omnes enatum
 certamen: uter utrum honore, uter utrum amore, uter utrum observantia vincat.
 aspiciat, Amplissimi Patres, aspiciat haec ora, aspiciat vos vultus nostros, & observate: an
 non quisque, quo maiores spes de uberiori amore ac favore vestro sibi promittit, eò intue-
 ri venerari vos propius optet? Si dignamini nos respicere & quidni dignemini, tam a-
 nantes nostri, tam boni & faciles Viri? Sed si dignamini respicere, vidobitis, ad tam ju-
 vandum vestri spectaculum non Docentes ruere tantum, sed Discendum quoque gregem, eun-
 damque lascivire, ut solet, propemodum gaudio, suspiciens eos, sub quorum provida cura in
 spes meliores succrescere se feliciter, non temere sibi persuadet. O quantum ingenium
 vestri & immoderati est gaudii! Non pusillum sane ac leve & tralatitium gaudium
 intra animos nostros aestuat sensusque omnes perterritat, sed immensum illud est, cum
 prompto hoc & fatili tot venerandorum Capitem ad Examen publicum accessu, tum
 liberali atque litari eorundem confesū promanans. O letissimum nobis prosperissimumque
 auspiciem! O mensum non proventu quidem frugum aut ubertate fructuum, sed hoc ipso,
 quod obtutibus nostris veneranda salutis & securitatis publica pignora exhibet, felicem ac
 beatum! Ignoscite vero P. C. ingenio mei tenuitati & oris balbutiei, quod letiti-
 am hodiernam copiose satis aperire non possum. Obstat, obstat enim mihi cum magni-
 tudo gaudii mei, tum ipse Amplitudinum vestrarum splendor, quo minus gaudio
 nostro satisfacere queat. Interim, ut summa mei voti est, diu benevolam vestram volun-
 tate uti, ita Commilitonum meorum non parva felicitas in eo sita esse putatur, si
 semper salvo & incolūmi vestro adventu frui ipsis liceat. Haec se. veni & sinceri amo-
 ris est indoles, ut, quemadmodum nihil solertiū curat, ita nihil latius experiatū,
 quam amati incolūmitatem. Quid ergo superest aliud, nisi hoc unum, ut Vos, Viri
 Magni, denūo salvere jubeam, qui legibus metricis adstrictum SACRE jam accipi-
 tis? Euge adhuc semel nobis salvete optimi Patres! Salvete magni literarum sta-
 utores! Salvete felices Auditorum nostrorum conservatores! Salvete benigni Musarum
 Patroni ac defensores! Salvete munificentissimi Augusti huius Gymnasii Nutricii
 ac defensores! Millies vos salvere jubet Genus huius loci: Montis Helico-

nii Dryades, Fontis Pierii Najades, Dii indigetes, Corus iste integer Apollineus, (ma-
gnam Jovis incrementum) per me salvere Vos jubet miles. Omnes, omnes conpratu-
lamur Vestrum, Patres, adventum, omnes flexis cervicibus Vobis nos totos consecra-
mus, omnes nos vestra tutela, vestro patrocinio committimus. Date, quæso, id porro ope-
ram, & contende nervis omnibus, ut Augustum hoc ad Nissam Gymnasium securitatis
sua ac felicitatis non spem & votum magis à vobis capiat, quam voti ipsius fidu-
ciam ac robur mature sumat. Tu vero, æterne Deus, omnium rerum Sator ac Stator
felicissime, ipse non genite, principio antiquior, fine diuturnior, Tu, in sto, qui conscriptos
Jove Patres impræsentiarum Deos aspectabiles nobis esse voluisti, immortalitatem
Tuam isdem communica, aut, si humana id non patitur conditio, beneficii Tui in hoc,
quod tam beneficos ac benignos nobis Patres concessisti, longissimam largire Muses
nostris usuram.

D I X I T

Johannes Christianus Jobn.
Freistad. Siles.

Ad
A. M. P. L. I. S. S. R. E. I. P. U. B. L. G. O. R. L.
G. R. O. S. S. I. E. N. S. I. A.

INVITATORIA

787

quis unquam, Patres ^{consultissimi} Conscripti, Viri Nobilissimi, Amplissimi, Prudentis-
simi, Patroni et Fautores reverentem colendi, Si quis, in isto, unquam dies aucto-
ritate huius Gymnasii nostro illuxit faustus ac felix, hodie certe est, quippe quo id ipsum
splendida hac presentia vestra iterum mirifice recreatur. Certe quemadmodum duo
illa magna mundi luminaria, quocumque radiorum suorum fulmina mittunt, omnia
solvunt, recreant et temperant: Ita quoque Vos, Viri magni, istarum Solis et Lunae splen-
didissimis presentia vestre radiis illustre hoc Gymnasium jam illustratis, iisdemque
tanquam sacro quodam ac magno pignore tectamini, nos omnes ad peculiarem curam
et Indulgentiam vestram pertinere. Unde nec potuit affectus laetitiae nostrae diutius
rehiberi, quo minus foras erumperet, inque geminam salutationem, quae altera ligata, alte-
ra soluta esset, desineret, de plenissima hac indulgentia vestra in sinu quo gavisus
ordni a. laetamur omnes? Quidni laetamur singuli? Ecce enim invitatur nos ad
laetitiam publicam partim benevolentissima vestra erga Musas et Musicas voluntas,
quod nil in hunc usque diem immutata, aut forte intermissa, partim et promptissime
vestra ad examen hoc publicum accessu. Quid? Quod et non parum laetitiae
nobis nascatur e placido ac sereno vultu, quem hodie induistis, atque vobiscum
in Atrio huius huius superis attulistis. Ut non laetissime Solis est usque, postquam
ruptis undique nubibus, praesentissime eius fulgor apparuit: ita nec minus hic perquam
laetis gratiosissime presentia vestre, vultusque, facillime est usque, nos universos,
nos singulos exhilarans hodie ac recreans. O diem inter felicissimos dies re-
ligiosum celebrandum! O et nota crassa Leonardum diem! At v. quid seu agam?
Quo me tot huiusmodi gaudiorum summorum laetitiae triumphis verborum? Quid
prius dicam? Quid posterius? Annadverto n. jam, quod corporibus quantum-
libet arduis et excelsis accidere solet, ut procerioribus admota decrescant,
idem prorsus mihi evenire. Evenire nempe mihi sentio, ut qui ad declaranda
maxime laetitiam, faciendae alicujus persuasionis aut intumescant, jam col-
latione sublimitatis vestrae infra omnem dicendi mediocritatem desiciat: quan-
toque ad excelsum dignitatis vestrae coelum alio cogitationum me effero
confidentius, tanto profundius ab inani opinione descendere cogar.

Ut ut a sit, Augustum in hoc Gymnasium nostrum, ora meo Vos, Patroni iugiter
observantia colendi, alloqui, de adventu vestro sibi gratulari, vobisq; pro tot
tissq; in docentes pariterq; discentes collatis beneficiis gratias agere gestit.
Verum unde dicendi primordia capiam? Quae frontem illi vel ferream esse
vel oneris perisse dixerim, qui ad immodica illa, quae Amplisimum includit
hujus urbis Senatus tam profuse per integrum seculum in Nislaeas Musas
contulit beneficia, quoties de iisdem enarrandis cogitat, non erubescat.
Et quomodo erubesceret? Illud namq; vatis Lesbiae estatum longissime supergressum
videbitur Amplisimum Patrum Ordo: nam, non Hyaco ferendum! Adde scilicet
copiosam Beneficiorum massam ab incunabilis Gymnasia hujus in hunc usq; diem
Nislae Nislaeas Amplisimum Patres exhibere: ut non sacco, sed pleno horreo
ea admani putentur. Quotiescunq; proinde beneficia singula ad calculos re-
vocant, quotiescunq; libræ impensarum inspicunt, et vicissim expensas
excitant, fieri non potest, quin rubore suffundantur. Et quod Simonidi de
contioisse legimus, qui duas arculas sibi paraverat, unam quidem beneficiorum
alteram praediarum; ut scilicet illam ipsam implere, hanc vacuum atq; inanem
inticti cogerebatur: idem et Nislae nostris Nislaeas evenit. Nam si se vident
immensum Beneficiorum cumulum, magnam accessionem tam benevolenti
suam sereno vultu, (cujus utriusq; copia ipsis ut in aliis, ita in bono
praecipue examine facta) factum vident. Quid nos superioris classis Disci-
puli interim? Execrabimur hodie ingrati animi fudum, et paulatim
ad praedictum animum declarandum nos componemus. Bene me = Criste
Persarum audit natio, quod ingratos cuculos summa animi vehementia
execrata ac detestata fuerit, ac peculiares leges condiderit, quibus eos,
qui accepti beneficii immemores cum potuissent, gratias non retulissent,
in iudicium criminis vocare fas erat. Idem igitur laudabile Exemplum
quodq; dignum, ut imitando exprimat, imitabimur, et grati nostri a-
nima fudum, quoad vixerimus probabim. Nempe quum gravissime

Et vituperandus, qui in copiosis beneficiis, quae à Vobis, P. C. semper
 Cassiacas Musas collata, usque huc usque diem uberzime conferuntur,
 remunerandis est tardior, nec forte ingratus, quod et ipsum satis grave,
 sed in pig potius appellitandus, nos equidem Gymnasii Cassiaci memoriam
 tot tantorumque beneficiorum, hodiezini propriis tam sempiterna recor-
 datione colimus, ut non solum dum Spiritus vos regit artus, verum in
 post cineres nostros gratitudinis monumenta supersint. Quid? quod
 et quilibet tam docentium quam discipulorum hanc curam animo suo semper
 fixam habeat, ut neque in enarrandis beneficiis vestris diligentia et
 industria, neque in predicandis fides, neque in demerendis gratiis animus
 cum indefesso debite observantiae studio unquam desideretur. Omnem
 omnem scilicet novebring lapidem, ut cum presentibus vobis Patribus, tum coete-
 ris absentibus, qui omnes unum quendam Dei immortalis et Lumen tenetis,
 solibus semper digni beneficiis videamur. Sed quis decumanis proietatis
 Britanicae fluctus in medium me mare projecit? Tam longe in altum
 atque abreptus sum, ut pene mei oblitus esse videatur officii. Revocat itaque
 me plura forte dicturum ipsum hoc Examen. Periculatio, inso, profectum
 nostrorum, quae hodie fiet, revocat me ex alto maris, in quod incideram.
 Certè quam utilia, quam necessaria item in genere sint examina, dicendo
 vix ac ne vix quidem exprimi à me in hoc orationis decursu potest. Est
 ita omnino, quod Examen profectum in rebus s. secularibus s. Spiritualibus, quo-
 modo v. gr. Auditores, subditi, milites, sub tali vel tali instructione, aut
 ratione vivendi profecerint, valde sit commendabile ac profectum.
 Solet namque Examen de propriis nostris diurnisq. gestis ante somnum
 institutum insigniter, Pythagora monente, tam intellectus ac memoriae,
 quam voluntatis et affectuum meliorationem provehere. Audia-
 mus Philosophum Samium his monentem verbis:

Μὴδ' ὑπὸν καλακῶδιν ἐπ' ὀμναβὶ προδῶσας,
Ποιῖν ἡδὲ ἡμεριῶν ἐπιῶν τοῖς ἔμασιν ἐπελθεῖν.
Πᾶ παρέσθιν, τί δ' ἐστὶν; τί μοι δεῖται ἐν ἐλεῖδι;
Ἄεθ' ἀνεῖρας, δ' ἀπὸ πρῶτου ἐπέξειδιν καὶ μελέπυλα
δὲλα μὲν ἐπιπρῆστας ἐπιπληῆσας χρεῖσά δ' ἐξέπυ.
Ταυτὰ δὲ τὸν θεῖον ἀρετῆς εἰς ἰχθῆα θύβει.

Ad verbum in Latinorum sic graeca haec latent labris:

Negz somnūm mollibus oculis inducas,
Priusquam diurnorum operum singula per animo percurras:
Quō transi? Quid egi? Quid opportunū omisi?
Incipiens a primis per cense: et deinde
Turpibus omisis increpare: bonis v. delectare.
Haec Te ad divinae virtutis vestigia ducunt.

Quod si igitur plurimum interest, examina privata cotidie fieri, quantum
plus intererit, si etiam publica statō anni tempore in Scholis fiant? Colline-
ant eō et Ecclesiarum, et Academiarum, et Scholarum visitationes,
quas Theologi cordationes et Politici prudentiores quam maximē
urget. Et quidni urgerent? Utenim quid est, quod docentium pariter
ac discientium industriam acuat, alat, augeat? Examen est? Quid est
quod calcem addat currentibus, viamq; ad sapientiam ingenis ad
altiora natis eductisq; pandat? Examen est. Quid est quod somno-
lentiis illis ac tardis negligentiae somnūm excutiat, et ad diligentiam
impellat? Examen est. Examen, examen docet, docendo quid Magister
profecerit, ubi defecerit: docet quem ~~scilicet~~ feliciter, infeliciter

Rex discentium sumptum cum tempore collocavit, perdidit. Tanto
 laudabilior proinde cura est Amplissimi Ordinis, quanto promptior
 ille in hac officii sui parte, ut singulis annis una vice rei Gymnasticae
 curiosam lustrationem institueret, ipseque Examini publico interesse
 laud gravetur. Atque haec ipsa laudabilis rei Scholasticae cura, quum
 et homo Examine honorificam vestram, Viri magni, praesentia
 sese nobis luculenter probaverit, praeterea a benevola audientia
 quam maxime haec opus sit, ego quidem, quo possum et debeo (devo
 a. omni, possum deivi) etiam atque etiam contendendo opere: ut libentes,
 quotquot ex Ampliss. Ord. adestis, aditis, animamque cum silentio per u-
 nam et alteram horam advertatis, praesertim ubi docentes aeque
 ac discentes faventes lingvas auresque arrectas, non tam exigant
 a vobis, quam similiter expectent. A Pietate quae fundamentum
 omnium virtutum, Auspice et praestite Opt. Max. Deo Examina
 hoc publicum auspiciantur.

Quid porro? Et ad Vos seorsim Praeclarissimi vitae, morum, ac
 Auditorum nostrorum Magistri, ad Vos me converto, Vos itaque
 in hoc invitatoriae meae calce cum debita animi observantia com-
 pellaturus. Agite, agite itaque Optimi Viri, et periclitamini Nos
 vestros in his disciplinis, quibus animi teneriores et possunt et
 debent imbui. Facite, inquit, quod vult Parmeno apud Terentium,
 Supposititium illum Eunuchum suum a tribus artibus laudaturus.
 Vult a. ut periculum fiat in literis, ut fiat in Palaestra, ut

fiat in Musicis. Fac, inquit, periculum in literis, fac in palestra,
in Musicis quae liberum seruire aequum est Adolescentem. Ita et vos
in bonis artibus ac linguis nos periclitamini. Praeprimis a facite
periculum, quid nominatim in Theologicis, in Ethicis, in Rhetori-
cis, in Historicis, in Poeticis huc usque profecerimus: cumque optimum
condimentum sit Brevitas, Brevitatem observatum inzi non desido,
ne molestia simus audientibus Patribus, aut tenerrimis illorum auribus
tudio. Vos denique in quibus Oratio mea desinit, Symmaci gravissimi,
nachi estote animi vestri alacritate, et componite illum ad prompte
et expedite respondendum, illud Aristhenis observaturi: Loquere
Adolescens, ut te videam. At v. non tam ad loquendum vos compo-
netis, (id enim et illi posuit, qui sine mente dant sonos) verum id simul
dabitur in loquendo operam, ut intelligatur Vos quoque ea intelligere,
quae ex prompta redditis memoria. Hoc, hoc quippe denum, iudicio
Aristhenis est loqui ut ut aliis videamur.

D I X I T

Samuel Knorr
Glog. Gd.

Ad
Ampuliss. Inclutæ Reip.
GORLITZ.

CRONEN

J. M. S. S. O. R. T. A.

790

Solem Orientem, P. C. venerari solitos Aethiogas, ne se
proximi currerent incendio; at postquam modico astu
abram gentem afflaverat, conviciis et maledictis prosequi
Occidentem ipsos conuerisse, dauid sublesta fidei Scriptores
memoria produnt. Ita sc. atra illa Aethioma gens agere
sueverat. Longè aliter u. florentissima hac Iuuenum co-
rona est animata. Illi quippe omnes, ut vos Soles su-
os, quorum benefico sidere non urbs hac modo, sed et
litera et disciplina recreantur, Orientes faustis omi-
nibus et acclamationibus exegerunt. ita occasu pro-
ximis post brevissimum intervallum involutum atque ereptum
viri miserè jam congrunt et inconsolabiliter deplorant.
Evidem si votis deo loci daretur illi, idem, quod S. P. Q. R.
Augusti Caesaris obitum lugens, optasse fertur. Casarem
aut non fuisse natum, aut natum non fuisse moniturum;
in nobis hodie invaleret votum; vos, Patres, in hac re
nostra Minerva ades ^{vel} proorsus non introisset, vel jam
ingressos mansisse diutius. Verum erent! nec vota valent
quicquam nec desideria. Properat, properat n. occidit
praesentia vna Phoebus antebos equos in sua Tettyos sta-
bulare gremio, et obtusas lassata patientia aures dul-
ciori alibi recreare harmonia. Quid ergo? Nonne
nos iure meritoque in luctum et lacrymas, magnaque
solueremur suspensa? Imprimis tibi nihil amplius no-
bis jam expectandum relinquitur, quam, Cimeria, qui-
bus involvamus, tenebra. Inviti ubique fatemur, fore,
ut post discessum vrum, Cimerios magis populos quam
Aethiogas imitemur: utpote quibus perpetua ferme nocte

damnatis eodem momento lux oritur et occidit, ut
videatur Sol, postquam non tam tenebras dividit quam con-
tinuat, ideo affulgere, ut caliginis horrorem lucis splen-
dore graviolem reddat. Nam licet Sol ille siderum mo-
derator ac publica mundi lux iterato ferme lumine, Or-
bem suum huc usque hauraverit, dum vos Optimi Anglissi-
mi Ordinis Patres splendore vobis examen hoc publicum
collustratis, una tamen lux nobis eam admodum brevis
fuisse videtur: eo quod presentibus vobis, splendidissimis
incolis huius Reipublice Solibus, nemo caliginem, nemo te-
nebras senserit, nunc a tam cito vobis Musarum
dano adven deferentibus, quilibet nostrum illas densissimas
sentiat. Quicquid a. sit, anne v. p. p. sic ipse, tri-
stissimum licet, Patrum discessu improbandum? An tam su-
bitum Solium Urbis, qui in Lyceo hoc nro mox contig-
get, orasque diris deovendum aut maledictis profunden-
dus? O minime gentium! quin potius quam finitum iam
babeat et expeditum, cui gratia ante tribunal con-
fluxerant Patres, propensum ipsorum erga Musas nostras
animus suspiciendus, pro tam honorifica sententia lau-
dum gratiarumque beatorum sunt offerenda. O si v.
P. C. ex asse omnia respondissent desideriis vestris! O si
sibi et animi voto credidissent, qua ante spes vestras
morabantur, quam Accasaterium hoc magis inrede-
remini! Interim quam id optare magis, quam spe-
rare nobis liceat, parvitas mea iussu excellen-
tissimi Rectoris ac Directoris augusti huius Gymnasii,
cuius mandatis non obsequi, aut usdem refragari
proximum sacrilegium est crimen, in conspectum vestrum
Patres Optimi, prodit, huius coetus Scholasticae nomi-

he humilime, si forte patientia tua laza fuerit,
 veniam petitura. Ignoscite proinde, ignoscite, quapro,
 insolentissima audacia, qua vos, Patres huc invitavit.
 ignoscite balbutienti lingua, qua nihil forte expe-
 ctatione v^{ra} dignum protulit: ignoscite basitantia,
 qua quam plurima supina negligentia secreta prodidit:
 ignoscite deniq; prolixitati, qua tandem vos a pran-
 dio detinuit. Ita namq; valde metuo, ne pro-
 litas Scholasticarum Inuocarum, si n^{unq} a dicen-
 do, qua a Scholasticar pube proferunt, tadio vo-
 bis fuerit aut offendiculo: ut talem vel ideo vene-
 tiri nobis facile queatis gratiam, qualem olim Au-
 gustus Caesar, argutam, nec non sine sales mordacem,
 reprehensionem privato cuiam generoso Romano, q^{ui}
 illum ad pertenuem, longeq; infra tanta Majestatis
 excellentiam, cenam invitauerat: nesciebam, ingruens,
 me tibi tam fuisse familiarem. Dum v. id potissimum
 vereor, iterum iterumq; vos splendidissimos incluta
 Reipubl. Gotlicensis Soles, vos Stellag, oro, rogo, ob-
 seuro, obtestor, ut veniam pro laude ex inensa, gra-
 polletis, humanitate tam prolixa audacia, tam pro-
 lixa balbutiei, tamq; prolixa basitantia indulgean-
 tis. Contra ea pergitis, pergitis blandissimis indul-
 gentia v^{ra} radiis vos Musarum alumnos post fo-
 tident tolerata Ingora recreare: pergitis illorum
 Minervam in hoc malionenti v^{ri} seculi fidere, propi-
 ori radiorum infligi fovere; ne deniq; sobolens Scho-
 la abortiat. Pergent et Gymnasii v^{ri} cives vos q^{ui}
 mos Reipubl. v^{ri} Patres Auditorum suorum Soles

Patronos aut Deos quosdam tutelares agnoscere, tot fa-
torumq. beneficiorum memoriam perquam gratissimo ani-
mo aeternum reculturi.

Quod Superest, Deo omnipotens, Deo arbiter cui
Vos Patres fovent divini Numinis aura;

Nulla ut vis, nulla ut rabies male sana, fu-
ventium

Nulla tyrannorum truculentia, nulla malorum
Luceoq. exagitant, humanam, imania, vitam,

Collucies damno vos unquam ledat iniquo:

Sed latos atq. involumes, I pace. scientes

Auriferi, Deo optatum vos Servet in avum.

Et vris celso curis benedicat ab aere,

Quo primo laudes vergant in Numinis, atq.

In Templisq. Toriq. Sedolag deinde Salutem.

Sic vos fama veset celebrata per omnia
Mundi

Climata, qua calidis dumentia pectora ^{vis}

Laxant Alpedes et qua Saturnia Ictus

Impellit ponto cunctantem Hyperiona Voo.

Vestrag sic radians crescet super aethera

Dumq. regis montes, fluvios dum piscis
Virtus:
amabit.

Dumq. bymo pascentz apes, dum rore cicada

Perpetuum vobis Nomenq. decusq. manebit.

FINIS

Wolfgang Lucas Jeltzer
Glogow. Siles.

792



[Faint, mirrored handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is illegible due to fading and bleed-through.]

[Faint handwritten text visible on the right edge of the page, possibly from the adjacent page.]

ORATIONE SA
LUTAVIA

ad
PATRES CONSRIPTOS REI
PUBL. GÖRLICENS.

EX AMICIS VERNALI
Ab 1676. 17. Apr.
habita

793

Lætitia et gratior in Vos, Viri Nobilissimi, Anglissimi, Consultissimi
Prudentissimi, Patroni Musarum nostrarum longè Honoratissimi affectus est:
